Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ter mea et soror mea iumentis. Ubi est ergo prostratio
mea et patientia mea? Tu es domine deus meus.
Deus etiam meum humana condicio pertulit aliquid aliis
omnibus fidelibus defunctorum quos ab omnibus absolue peccatis ut pe
nitentie fructum quem voluntas eorum optant prestent mer
cedis non potest. Qui in cruce positus latronem peni
tentem suscepisti eorum precamur pie peccata dimitte ut pe
Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum
et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes
meos. Miserere mihi miserere mei saltem uos amici
mei quia manus domini tetigit me. Quare me per
sequimini sicut deus et carnibus meis saturamini? Quis
mihi det ut exarentur in libro stilo ferreo et plumbi
lamina aut certe sculpantur in silice? Scio enim
quod redemptor meus viuit et in nouissimo de terra surrec
turus sum et rursum circumdabor pelle mea et
in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quem
visurus sum ego ipse et oculi mi aspecturi sunt et non alius.
Reposita est hec spes mea in sinu meo. Domine si
cut es deus noster qui uenis in nubibus tuis qui ad meum
mundum non cuiquam aliam mea in carne polluta pollu
tum templum corporis mei deorsum iactatis tolerantia. Peccata
an quia discutias me miserere mihi. Tibi soli peccaui domine
miserere mei. Precedit fratres. Sunt quidam
ymaginem terrenam portemus et ymaginem celestis.
Hoc autem dico fratres quia caro et sanguis regnum dei pos
sidere non possunt. Non omnes in corruptela possidebit. Ecce mysterium uobis dico. Omnes quidem re
surgemus. Et non omnes immutabimur. In momento in
ictu oculi in nouissima tuba. Canet enim tuba et mor
tui resurgent incorrupti et nos immutabimur. Oportet
enim corruptibile hoc induere incorruptelam et mortale
hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit
immortalitatem tunc fiet sermo qui scriptus est absorpta
est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua?
Ubi est mors stimulus tuus. Stimulus autem mortis peccatum est. Virtus uero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit